


05  
A  
1127



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-566311-p0002-6

DFG

79

DISPUTATIO ETHICA  
*de*  
**VIRTUTIBUS**  
INTELLECTUALIBVS, TVM IN GE-  
NERE TVM IN SPECIE.

*Quām pro Loco*  
In Amplissima Facultate Philosophica,

Venerandis ejusdem Patribus benevolè sibi ac  
benignè concessò  
M. CHRISTOPH: BOHEMVS Radeber-  
gensis, Gymnasii Posoniensis designatus  
Rector & Alumnus Electoralis,

M. JOHANNE SEYFRIDO, Lucenâ - Mil-  
nico

*platido Examini committit*  
In Auditorio Majori  
dic 1. Novembris H. Antemerid.

WITTEBERGÆ,  
Ex Officina Typographicâ Johannis Haken,  
A. 1653.

79



DEO TUTELARI  
ILLUSTRISSIMO ET CELSISIMO  
PRINCIPI AC DOMINO  
**DN. CHRISTIANO**  
**DUCISAXONIÆ, JULIÆ, CLI-**  
**VIAE ET MONTIUM, LANDGRAVIO THU-**  
**RINGIÆ, MARCHIONE MISNIÆ, SUPERIORIS ET**  
**INFERIORIS LUSATIÆ, COMITI MARCÆ**  
**ET RAVENSBURGI, DOMINO RA-**  
**VENSTEINI ETC.**

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

Wane

DiatriBū Philosophicam  
Sacram, consecratam

HUMILLIMA SUBJECTIONE

OS A Mæz (?)

Offere,

M. Johannes Schrifried Lucenâ-Misniæ  
eius SS. Theol. Stud.



L. N. J. D. M.

THES. I.

**C**um homo omniratione prædictus in Conditoris sui imago  
ginem, nihil quod salutare Republicæ, patriæ honorifi-  
cum, & sanctum Divino Numinis sit, præclari dicat unquā  
aut proferat, quin reliquos illud justitiae primævæ ignicu-  
los sapiat, & singulari industria inde suscitaros Mentis Habitus a-  
gnoscat parentes: Imò universa regnandi latè populos potentia,  
cum fructu si qua est & gloria; ceteraque peritè vivendi agendique  
Solertia Prudentiam adoret, & litet Arti, putamus fore neminem,  
qui indagentes tam uberrimos rerum fontes, & immargentes se  
penitus vituperet. Quare & nobis sedet fixumque est, pro Solenni,  
in præsenti, Disputatione eandem tractare materia, paucisque,  
ac quantum fieri quit, clarissimis differere, *Tu Deus alme po-*  
*cens capti illabere JESU,*

THES. II.

Ne verò Rubrum nobis facessat negotiam statim, aut discus-  
sum Nigri suspendat, vindicandum illud est ab iis, qui de *Virtuti-*  
*bis Intellectualibus* ut *Theoreticis* in *Ethicis*, cœu *Disciplinâ Practicâ*  
agendum hant esse, statunt, scilicet ne Heterogena cum Homo-  
geniis misceantur. Et sicut peniculanti rem paulo accuratius o-  
maino asserere licebit, *Virtutes Diagnosticas* propriam habere sedem  
in *Ethicis* non posse, cùm ob alias easque prægnantes satis ratio-  
nes; tū nō imprimis, quod subjicerentur alias *Ethicæ* omnes reli-  
quas philosophiæ partes, quod absurdum foret longè maximum.  
Adde ipsius *Ethicæ* Genus esse prudentiam, quam eatchius oportet  
esse cognitam ante, quatenus generaliora semper præmittuntur  
specialioribus; ut adeo, qui cum Dno. Gerkio, & pl. Rev. Dr. D. Calov.  
omnem ante Philosophiam Habitus illos àληθετικς & Mental-  
les consideret, errare oppidò non queat. Interim tamen nos

cum pl. Rev. Dn. D. VVendelero, Praeceptore nostro hac in parte non tam-  
cum, sed & in omni puriori philosophia fidelissimo distinguendam esse  
dicimus iater Tractationem Virtutum harum Directam & Indirec-  
tam; Ita, ut in Ethicis ea habeat locum tunc, cum non ut prima.  
ria quidem, sed secundaria tamen practici Finis ac indirecta media  
virtutes illas audiunt. l. 1. Pbil. Pr. S. 2. c. n. q. 1. §. 3.

### THES. III.

Et Virtutem Moralem consistere est μεσότητι, quem latet &  
Illa ipsa vero rectâ ratione definitur, quæ nihil aliud quam Φρον-  
τις est & Prudentia, uti Aristoteles etiam rectissimè l. 6. Eth. Nic. c. 13.  
δῆλον τούτῳ εἰς τῶν εἰρημένων, ὅτι γχ δίον τε αὐγαθὸν εἶναι κυρίως  
αὐτῷ Φρονήσεως, γδὲ Φρόνιμον ἀνευ τῆς ηθικῆς ἀρετῆς: Idque  
procum omni dubio propterea, quia Prudentia terminos finibus sin-  
gularum virtutum Specialibus, quiq; se in respectu ad ultimum  
Finem, ad quem diriguntur, non habeat aliter ac media, præscri-  
bit, & monstrat, quomodo dirigi deceat. Hæc ipsa ergo Pruden-  
tia cognosci plenè nequit, nisi cum reliquis virtutis Intellectualis  
Speciebus, maximè Sapientiâ, cum quâ à gravissimis sœpè Autori-  
bus, quin & ipso Aristotele confunditur: At Sapientia ex Intelli-  
gentia constat & Scientia; ut ita Ars deum accedat, tanquam a-  
liquid minus Ethicum, cognitionis tamen plenioris ergo minimè  
omittendum. Sed de Titulo satis.

### THES. IV.

Quod itaque ipsam rem concernit, definitur *Virtus Intellectua-*  
*lis* quod sit *Habitus animi rationalis*, quo mens nostra affirmando &  
negando verum enunciatur.

### THES. V.

Quæ Definitio ut intelligatur rectius, sciendum, (verba sunt  
Clarissimi VVend. cap. c. §. pag. 411.) duas esse principales anima homi-  
nis facultates: rationalem alteram, alteramq; non rationalem. Ultradigit  
rursus dupliciter consideratur. Non rationalis vel nihil prorsus cum ra-  
tione commune habet, vel aliquid commune habet. Priori modo con-  
siderata vegetativa; posteriori vero appetitiva facultas vocatur. Vegeta-  
tiva nullius Virtutis capax est, cum in somno, ubi mens hominis planè  
centice sit, suas maximè exercet operationes. Appetitiva vero, quia  
ratio-

ni obtemperare potest, ad doctrinam de morib⁹ pertinet. Ut autem  
hic pars Animi Subiectum Ethicarum Virtutum est; Ita contraria rationa-  
lis Subiectum Intellectuakum existit. Sed & hic duplex constituitur.  
Et enim vel est Scientiis accommodata, ( philosopho ἐπιτιμονὴ θεω-  
ρητικὴ dicitur) quā res universales, eternas & necessarias cognoscimus  
& intelligimus: vel est λογιστικὴ, ( & aliis nominibus εὐλευτικὴ ε  
πρακτικὴ appellatur) quā de rebus vel agendis vel faciendis consulte-  
mus & omnino deliberamus. Illa vulgo Intellectus Speculativus, haec  
Practicus appellari solet. Primum utriusq; bujus partis munus est ve-  
ritatis Inquisitio, quod tamen ipsum eodem modo non exequunt-  
sue.

### I Thes. VI.

Namque Intellectus Speculativus Veritatem suam inquirit  
petendo eam vel à Conceptu Objectivo, aut ipsa re intelligibili,  
vel à Voluntate. Prius trifariam fit. Vel enim Objectum ( id  
enim est Conceptus objectivus ) ita se habet, ut omnino desint  
rationes, quibus Intellectus possit assurgere, animadvertereque,  
Contradictionis pars vera sit aut falsa: vel si non desint, in  
utrāque inveniantur parte tamen ita, ut quānam fortiores sint ma-  
gisque probabiles, deprehendere non liceat. Hoc ergo quando  
fit, Veritatem non attingit, sed huc illuc impellitur navis instar  
Intellectus, nec ponere nec quietcere docilis, sed concipit Dubita-  
tionem, vel (2) Objectum ita se habet, ut in altera Contradictionis  
parte probabiliores dentur rationes quidem, & tales quae Intelle-  
ctum allicant; at non capiant plenē, fulciantque ita, ut formidi-  
nis expers securè transfigat. Hoc quando accedit, Opinio oritur;  
quae non cessat esse quod est, sive verum attingat, sive non  
vel (3) Objectū ita est comparatū, ut in Contradictionis parte altera  
ex dentur rationes, quae & firmae sint, & in aprico ac plane, ut In-  
tellectus non possit non videre cui assentiendum hactenus, adeoque  
jam capiatur perfecte, omnisque exulet Dubitatio, Opinis omnis.  
Hoc quando evenit, oritur vel Intelligentia, si scilicet objectum  
est principium aliquod, cui non propter aliud, sed summam ipsius  
& indemonstrabilem evidentiam assentimur: vel Scientia, quando  
objectum est Conclusio aliqua, cui non quidem propter propriam

evidentiam effensum præbemus, sed propter illam, quam ex principio, ex quo adstruitur, intelleximus, absque specialiori tamen ejusdem intuitu ; vel *Sapientia*, quum Objectum est Conclusio aliqua, cui adhæremus ita, ut specialiter figamus in id principium oculos, à quo Veritas ejus cum maximè penderet. Posterioris sit, quum non tam ob evidentiam aliquam Objecto adhæret. Intellectus, quām ob Autoritatem dicens, à qua voluntas persuadetur, ut assentiamur ; Quæ Autoritas si est divina, & fundata in primo illo Theologorum Principio, **JEHOVA DIXIT**, Fides parasit divinam ; si verò *Humana*, humanam.

THES. VII.

Intellexus autem *Practicus* Veritatem suam sic inquirit, ut non audē contempletur modo eam, nec ad ulteriorem aliquem contendat scopum, quod in Theoretico fieri supra est sub intelligendum ; sed vel ut secundum eam agatur, qualis quidem Veritas est in omnibus præceptis Ethicis, facitque prudentiam ; vel ut non modo secundum eam agatur ; verum etiam ut opus aliquod edatur : Quædis veritas est in præceptis mechanicis, facitque *Artem*.

THES. IIIX.

His hæc ratione observatis intelligere Definitionem th. 3. datum multò erit facilius. Dispalescit enim ex illis (1) Quare Virtus talis dicatur Intellectualis, scilicet à Subiecto suo nempe Intellectu ; nequaquam verò à phantasia, quod *Piccol. Gr. P. Phil. Mor. c. 6.* yult, qui Virtutes has in phantasiam recipi, & memoriā servari asserit, hominemq; tūc demūn Habitū dici præditum, qvum longo studio, curā & exercitiis phantasmata ita firmata reddidit, ut prælubitu colligere notiones communes, iisque vel ad Speculationē vel ad Actionem possit uti. (2) Qued Virtutes hæ rectè vocentur Qualitates, nequaquam verò Relationes principaliter : Annon enim Relata simul sunt ? At scibile prius esse potest Scientiā. Et Scientia manere potest deperdito scibili. Ecquæ Relatio, ut talis, Actionis fundamenta potest præbere ? At Habitū sibi id possent, Are quippe causa est actionum artificialium, non homo. (3) Quod non plures tales Habitū aut Virtutes in Specie sint, quām Quinq; sō quod Dubitatio, opinio & Fides Humana, (de Divina cīma)

h̄c



hic sermo esse nequit ) Simpliciter & semper verum non continentur  
Intelligentia vero, Scientia, Sapientia, Prudentia & Ars esterius  
nos in veritatem omnino ducant, quatenus a nobis recte adhi-  
bentur. Negari etenim non potest, Habitus hinc esse in nobis  
valde imperfectos, mancos & debiles; Imo nos iisdem instructos  
probè etiam, impingere nihilominus & hallucinari egregie non-  
tarō; non quod Scientia v.g. aut Sapientia in se falsum dicat, sed  
quod non omnia attingat; sed quos non totum Objectum exau-  
tit, idque ratione alterius quam possidentis vitiō. (4) Quid sit  
affirmando vel negando enunciare verum. (5) Qued in tali Enun-  
ciatione aut Indagatione Veritatis non solus Humanus animus  
sit occupatus sed τέλα εἰναι, uti Philos. 6. Nicom. c. 2. loquitur, ἐν τῷ  
ψυχή τὰ μεγάλα πράξεως καὶ αἱλογίας, αἱσθησιν, ψήφῳ καὶ ὀρεξίᾳ.  
Diversi iude tamē. Intellectus enim & sensus Cognitioni, appre-  
titus autem Actioni servit. Quia ita ne intellectus & sensus qui-  
dem idem in Cognitione officium erit; Ille enim Universalia ma-  
gis curat, eorumq; affectiones, causas & formas scrutatur; Hic ve-  
rò singulis unice deditus eousque se non elevat, nec elevare  
potest. (6) denique manifestum & hoc redditur, distingui Virtu-  
tes illas ratione finis potissimum modo, ut quæ Praxi non re-  
spiciunt, sed in rebus necessariis, aut iis, quæ arbitrio humano sub-  
jectæ non sunt, & à philosopho τὰ εἰδη ἀριθμητικά οὐ πάρχοντα l.i. post c.  
7. It. τὰ ἄλλως ἔχειν αἰδίατα. Ib. c. 4. & 6. nuncupantur, dili-  
gentiam suam, eamque nudæ & simplicis cognitionis ergo, collo-  
cant, indigitentur Speculativa; & haec rursus pro tripli τῷ εἰδῃ α.  
νάγκης οὐ τῷ habitudine vel Simplices sunt, vel Compositæ; Simplices  
quidem, ut Intelligentia, quæ καίνας ἔννοιας, & Scientia, quæ  
Conclusiones ex illis diductas pro Objecto habet; Composita autem,  
Sapientia, & has & illas respiciens: Quæ vero praxi spe-  
ciant, & in rebus contingentibus, aut iis quæ aliter se habere que-  
unt, & quarum principium Humana Voluntas est, operam suam,  
eamque usus practici causâ, consumunt, Practice appellantur; ac  
harum altera quidem, quæ ἐνδεχουσι & πρόγνοις rationem habet,  
prudentia; altera vero quæ τῷ ποιητῇ, ars dicatur, de quibus jam  
paucis in Specie.

Thebae



### THES. IX.

Est ergo Intelligentia (de hac enim principe loco agere subet) Virtus Intellectualis Speculatoria, quâ prima & indemonstrabilia principia cognoscimus.

### THES. X.

Ubi notes : (1) Quod virtus hæc nomen Intelligentia retinuerit, non quatenus vox hæc totam mentem, & rationalem animam, quæ est de Substantia hominis, atque principium agens συγκατικὸν, φίλονος τοιοῦ οὐπολαβάνει ἡ ψυχή, uti Aristoteles l.3. de Anima c.4. loqui gaudet, generaliter significat ; sed quatenus ipsum Habitum Intellectum persicentem denotat, idque triumphat nomine, vel ob alterius peccatum ; vel quod magis probabile, magisq; arredit etiam, ob consanguinitatem virtutis hujus cum ipso Intellectu. Et Essentialiter accepto, quia videlicet Virtus hæc naturalis vel maximè est.

### THES. XI.

(2) dicitur Virtus. Quod quidem Nomen etiam si Analogie dicatur de Moralibus & Intellectualibus, uti alibi constat, verè tam dicitur. Est enim omnino Intelligentia hæc ejusmodi Haec undem principiis intellectum nostrum perficit, facitque bitus, qui eruendis ex Affinitate rerum aut subtilitate ad principia intelligenda multò apriorē. Ut eunque o. detur aliqua principiorum notitia à naturâ, siquidem non tantū Aristoteles agnoscit δινάյον Φυσικόν l.5. Nic. c.7. & l.1. Magn. Mor. c.3.4. & alibi, scilicet l.8, c.3. illud vocat δινάγειν ἀγνῶσθαι, quo procul dubio respiciens Orat. Milon. Tullius inquit; Et quædam non scripta sed natæ lex est quam non didicimus, accipimus, legimus ; verum ex naturâ ipsa apprehendimus, haesimus, expressimus : ad quam non docti, sed facti, non inserviunt, sed imbuti sumus. Et l.3. Tuse. quæ sunt ingenii nostris semina innata virtus, quæ si adolefcere licet, ipsa nos ad beatam vitam naturæ perducet. Verum, quod omni hominum testimonio potius, Scripturæ ipsa concinie, cū alibi, tum prædictis Rom. I. v. 18. 19. Λέποντας γὰρ ὁργὴ θεῷ απ' γραῦς, ἐπὶ πᾶσαν ἀτέβησαν καὶ ἀδικίαν αἰνέσθαι τὸν τὴν αἰλῆθιαν τὸν αἰδηκὰ κατεχόντων. Διότι τὸ γνωστὸν εἶθεν Φανερόν εἶναι τὸν αὐτοῖς, οἱ γὰρ θεοὶ αὐτοῖς εἰσφανέρωσε. Et paulò post; εἰς τὸν αὐτὸν αἰνάπολογήτης. Ubi notetur :

etetur: (1) Quod αληθεια illa nihil aliud sit quam cognitio Dei na-  
turalis, quam alioquin definimus per naturalem quendam & com-  
munem instinctum, quo mens, cœ vi quadam oculata, ad Numen  
venerandum, auxilium ejus implorandum, nec non expectan-  
dum poenas propter peccata immittendas rapitur, impellitur, co-  
gitur. (2) Quod τὸ γνῶσθαι non significat omne id quod de Deo sci-  
ri potest, ut piseator, Beza & photiniani vertunt (ad æternam e-  
niam potentiam & divinitatem restringitur expressè γνῶσθαι hoc  
v. 20. seqq.) sed quod Neutrum hoc substantivè ponatur, (sicuti τὸ  
ἐπιμηκῆ υμῶν in Phil. 4. v. 5. redditur Modestia vestra, æquitas ve-  
stra) quemadmodum Syrus quoq; & Arabs interpretes Per substan-  
tiva, Notitia, cognitio reddunt, inferatque nihil aliud quam No-  
titiam de Deo, seu, quid sit Deus. (3) Quod Φανέρωσις ista τὸ γνω-  
σθαι non sit peculiaris revelatio per Evangelium facta; sed patefa-  
ctio generalis per insitas ἐννοίας & notitias: verbis enim, καὶ αὐτοῖς  
parallela sunt ea, quæ c. 2. v. 15. habentur: Τὸ ἔργον τὸ νόμος γράπτον  
ἐν ταῖς καρδιαῖς αὐτῶν. Quæ inscriptio talis non est, qualis descri-  
bitur, Jer. 31. v. 33. & Hebr. 8. 10. quia vi hujus inscriptionis Gen-  
tiles ab Hebreis vel judæis distinguntur: & præc. v. 14, τὰ ἔθνη Φύ-  
σει τὰ τὸ νόμος ποιῆ. Ubi Emphasis τὸ Φύση probè probeque no-  
tanda, & conferenda cum Gal. 2. 15; & Eph. 2. 3. Ubi dicitur: καὶ ὅ-  
μην τέκνα Φύση λογίς cum primis vero 10. cum vers. 10. Judicet,  
ubi hoc Φύση explicatur per Adv. Φυσικῆς, & dicitur scire is  
Φυσικῶς, quæ quis nemine dictante aut instituente novit per in-  
stinctum scilicet naturalem. (4) Qvod per καὶ αὐτοῖς denotentur  
Gentiles. hi enim v. 20 & seqq. describuntur ab horrendis flagitiis.  
Ex his omnibus ita argumentamur. Quæcumque (1) notitiae natura-  
les ita sunt in Gentilibus, ut obturentur injuste & malitiose capti-  
ventur, ne prorumpant foras, (2) illos Gentiles reddunt inexcu-  
sabiles, (3) sunt inscriptæ in Cordibuseorum, ut (4) Gentiles per eas  
natura faciant legis opera, (5) & sibi ipsis sint Lex (6) sub hac no-  
titia opponantur judæis peculiarem revelationem à DEO haben-  
tibus, illæ notitiae sunt insitæ, & ab intra foras progreediuntur. No-  
titiae naturales tales sunt, q. probatur ex præcedenti discursu. E. No-  
titiae naturales sunt insitæ, & ab intra foras pongrediuntur. & con-  
sequenter datur naturalis principiorum notitia; quæ, inquam ut-  
cumque detur, tenuis tamen illa est, Et admodum imbecillis, ad

Qvam confirmandam augendamq; opus est omnino Habitū proprio sic dicto, qui nequaquam est simplex tantum apprehensio principiorum illorum, sic enim quilibet rusticus esset Habitū intelligentie preditor; sed est ejusmodi Habitū, cuius beneficio principia prima observari ac erui possunt ex rerum affinitate; ad quam opus est subtili contemplatione: Unde etiam liquet, Virtutem illam non esse nobiscum natam, sed acquisitam, quam non magis intelligentes quam sapientes vel prudentes nascimur, sed doctrina & cultura tales reddi debeamus. Vid. pl. Rev. Dñ. D. Cal. in Nool. p. 56.

### THES. XII.

Dicitur autem *Virtus speculativa*, quia intellectum vel mentem nostram ad intrā & intenſivē perficit Objecti Speculatione, in qua acquiescit, etiam tū, cum non solum Theoretica, sed & principia cognoscendi practicā tractat,

### THES. XIII.

*Qua cognoscimus*; partim nempe per sensum; Siquidem nihil est in intellectu, nisi prius fuerit in sensu: partim per memoriam, quae oritur ex cerebrā répétitione sensus: partim per experientiam, quae gignit ex multis memoriis.

### THES. XIV.

*Principia*; h. ē. *Cognitiones illas communes*; quae omnibus aquit. eadem, ab omnibus agi itēm probantur Scālig. l. 3. Poet. c. 1. p. 114 & à quibus omnis alia cognitio, quae per naturam haberi potest dependet. Sunt enim prima, & immediata, respectu nempe Conclusionum; quae inde dēducuntur, eū secundæ & mediatæ Veritates, è primis & immediatis: Sunt inde monstrabilia, omni scilicet demonstratiōne superiora, extra controversiam posita, ut à nemine illis contradici queat, quippe quae ex solis terminos sum explicationibus apprehenduntur. Vid. supra laud. Nool. p. 61. 62.

### THES. XV.

Sunt autem principia hæc in dupli differentia, quædam dicuntur incompleta, quæ alii ad peculiarem doctrinam nempe Gnostologiam relegant. Quædam Completa & cognoscendi, quæ secundum istos in specie ad intelligentiæ pertinent Habitum: Et suæ pars communia omnibus Artibus & Scientiis, ac

VO-



## TH. XXIX.

Ex quibus omnibus si colligantur in unum recte, perspicere facile est, quanta hujus virtutis Utilitas sit ad virtutes morales, quantaque necessitas. Enimvero sine prudentia naturalis ad virtutem Inclinatio in actum duci, adeoque moralis virtus perfici non potest. Quin imo naturalis Inclinatio nocet magis quam prodest. Cumque Virtus Moralis versetur circa bonum, bonum vero a malo non nisi prudentia beneficio separetur unitate, quippe quae & præsentia ordinat, & providet futura, & præteritorum recordatur, palam sit, primam universæ Virtutis dum esse prudensiam:

## THES. XXX.

Ultima intellectualium Ars est, que est Virtus intellectualis cum reparatione effectivit.

## THES. XXXI.

Et Artis vocabulum varijs habet usus, quippe quod & Deo tribuitur & Naturæ; quia & pro quaque peritiâ mentisque habitu omni, imo pro brutorum solertiâ usurpatur etiam. Hic tamen nobis peculiaris Habitus est nempe intellectus operatio per se directa ad aliud exequendum à facultate subordinata instrumentis corporis. Et quum Artes sint extra porterioriâ philosophiæ, nos nostræ manum imponemus ultimam huic ubi notaveris ante tria requiri ex 6. Eth. c. 4. ad Artem, (1) τὸ Γεωργίῳ, ut antequam quis opus aggrediatur, recte perpendat prius, quomodo ex materia data opus artificiosum producat. (2) τὸ Ζεχταῖον. ut ex præcepto Artis Artifex operetur, talemque formam materiæ imponat, qualēm Ars requirit. (3) τὸ γενῆ, ut opus ipsum tandem producat.

THE



THES. XXXII.

Tandem cum qualibet Virtus moralis suos habeat excessus, suos defectus, ad analogiam earum & h̄ic Coronid is ergo obser-  
vare licebit. Et intellectus quidem excessus est nimia in πιστω  
inquirendo scrupulositas; Defectus est ἀνοία, vel ultimus stu-  
por,

THES. XXXIII.

Scientiæ extremum in excessu est nimia subtilitas & exilitas  
in illis, quæ nec scienti prosunt, nec obsunt ignorantia. In defe-  
cta est, Nescientia (ut ita loqui liceat) rerum necessariarum, quæ  
sub scientiam cadunt.

THES. XXXIV.

Sapientiæ extremum in excessu est nimia vapritis, versotia-  
que. In defectu insipientia.

THES. XXXV.

Prudentiæ excessus est Astutia; Defectus Stoliditas.

THES. XXXVI.

Artis excessus est nimia subtilitas: In defectu inertia.

I. D. M. G.





**Farbkarte #13**



DISPV TATIO ETHICA  
VIR TUTIBUS  
INTELLECTUALIBVS, TVM IN GE-  
NERE TVM IN SPECIE.  
*Quam pro Loco*  
In Amplissima Facultate Philosophica,  
Venerandis ejusdem Patribus benevolè sibi ac  
benignè concessò  
M. CHRISTOPH : BOHEMVS Radeber-  
gensis, Gymnasi Posoniensis designatus  
Rector & Alumnus Electoralis,  
M. JOHANNE SEYFRIDO, Lucenâ- Mis-  
nico  
*platido Examini committe*  
In Auditorio Majori  
die 1. Novembris H. Antemerid.  
VVITTEBERGÆ,  
Ex Officinâ Typographicâ Johannis Haken,  
A, 1653.